l'hypothèse que les différences, trouvées par voie d'analyse, entre les plantes cultivées dans l'obscurité et celles cultivées à la lumière, mais sans CO_2, puissent être occasionnées dans une certaine mesure par l'assimilation à la lumière d'une portion de CO_2, qui se serait dégagé par suite de la respiration, cependant il est non moins possible que ces différences aient été provoquées surtout par l'influence directe de la lumière. La petitesse de ces différences peut être attribuée à cette circonstance, que les graines du lupin contiennent, relativement à leur teneur en azote, très peu de corps albuminoïdes et peut-être en expérimentant sur d'autres sujets eût-on trouvé des différences plus sensibles.

L'influence directe de la lumière sur la régénération des corps albuminoïdes trouve aussi une confirmation dans les expériences du Professeur E. Godlewski[1]) sur la formation des corps albuminoïdes dans le froment, au cours desquelles on a constaté un accroissement considérable des corps albuminoïdes à la lumière, aux dépens des nitrates, malgré l'exclusion de l'assimilation. Dans l'obscurité on n'a jamais pu constater une pareille augmentation, quoique ici aussi une certaine quantité de salpêtre ait été transformée en composés organiques non albuminoïdes.

Ainsi, la réponse à la troisième question posée au début de ce travail, sera la suivante: l'assimilation exerce une influence sur la régénération des corps albuminoïdes, cependant la lumière semble aussi exercer une action directe sous ce rapport.

---

5. M. VL. KULCZYŃSKI m. c. **Aranearum et Opilionum species in insula Creta a Comite Dre Carolo Attems collectae.**

(Accedit tabula I).

Illustrissimus Comes Dr. C. Attems in itinere, quod imprimis ad explorandam faunam Myriopodum insulae Cretae suscepit, oblatâ occasione species nonnullas Aranearum et Opilionum legit nobisque eas scrutandas commisit. Quamquam species hae paucae sunt numero, dignae tamen videntur, quae in lucem proferantur, quoniam

[1]) E. Godlewski, „Zur Kentniss der Eiweissbildung aus Nitraten in der Pflanze“. Bulletin Int. de l'Académie des Sciences de Cracovie, Mars 1897.

fauna Opilionum insulae Cretae plane ignota est ad hoc tempus, Aranearum vero species Cretenses undeviginti modo (ex parte dubiae) innotuerunt, abhinc annos 50 a H. Lucasio publicatae[1]) et anno 1884 a Cel. E. Simonio, quantum fieri potuit, interpretatae[2]).

Araneae.

1. *Macrothele cretica* n. sp. Homalos, in altitudine 1000 m. mas adultus et femina iuvenis.

2. *Ciniflo pallidus* (L. Koch) (?). Askiphu. 13. V., femina adulta, contusa, probabiliter huius speciei.

3. *Ciniflo Erberi* Keys.?. Daphnaes. 27. V. exemplum non adultum, fortasse huius speciei.

4. *Loxosceles rufescens* (L. Duf.). Lakki. 9. V., femina adulta.

5. *Dysdera Westringi* O. P. Cambr. (?). Daphnaes. 27. V., femina adulta et exemplum non adultum. Femina adulta cephalothorace paullo minus fortiter impresso-punctato quam in exemplis Hungaricis, a quibus ceterum non differre videtur.

6. *Dysdera inc. sp.* Labyrinthus, exemplum non adultum.

7. *Harpactes inc. sp.* Galos, exemplum non adultum.

8. *Minotauria Attemsi* n. g., n. sp. Labyrinthus, mas adult., femina non adulta.

9. *Drassodes*[3]) *lapidicola* (Walck.). Galos. 20. V., femina cephalothorace 6·5 mm longo. Canea, mense Maio, mas formae typicae cephalothorace 5 mm, mandibulis 3·3 longis, in margine antico sulci unguicularis in angulo et ad eum denticulis duobus minutis ornatis. Askiphu, 13. V., exemplum non adultum et mas adultus formae typicae, cephalothorace 5·5 mm, mandibulis 3·6 longis, earum dentibus angularibus mediocribus.

10. *Drassodes lutescens* (C. L. Koch). Visari, 24. V., mas adultus. Exempli huius cephalothorax 4·5 mm, tibia cum patella IV. 5·4 longa est, pes IV. 17 mm (a basi femoris 15·8) longus; femora

[1]) H. Lucas, Essai sur les animaux articulés qui habitent l'île de Crète. Revue et Magazin de Zoologie pure et appliquée, 1853.

[2]) E. Simon, Études arachnologiques. 16-e mémoire XXIII. Matériaux pour servir a la Faune des Arachnides de la Grèce. (Annales de la Société entomologique de France, 1885).

[3]) Teste Cel. F. Cambridge (Ann. a. Magaz. Natur. Hist., ser. 7, vol. VII, pag. 58) genus hoc „*Gnaphosa*" appellari debet.

I. in latere antico et tibiae anteriores et metatarsi I. subter aculeo 1. metatarsi II. aculeis 2. tibiae III. pone 1.1. tibiae IV. subter 2.2.2 ornatae. Area oculorum mediorum vix latior ante quam pone, circiter radio oculi antici longior quam latior. Mandibulae ut in *var. speculatore* Kulcz.[1]) armatae.

11. *Prosthesima cretica* n. sp. Homalos. in altid. 1000 m; Askiphu. 13. V. Feminae adultae duae.

12. *Pterotricha lentiginosa* (C. L. Koch). Canea. mense Maio femina subadulta. Askiphu. 13. V., femina adulta. (Cfr. Adnotationes).

13. *Palpimanus gibbulus* L. Duf. Canea, mense Aprili; Tsikalaria. 4. V.; feminae adultae.

14. *Holocnemus labyrinthi* n. sp. Labyrinthus. exempla adulta et pulli.

15. *Theridium redimitum* (L.) (*lineatum* Clerck. auct.). Galos. 20. V., ex. non adultum.

16. *Mangora acalypha* (Walck.). Galos. 20. V., femina adulta.

17. *Xysticus*, incertae species. Askiphu. 13. V.; Galos. 20. V.; ex. non adulta.

18. *Thanatus vulgaris* E. Sim. subsp. *cretica* n. Visari. 24. V., mares ad. duo.

19. *Sparassus* inc. sp. Visari, 14. V., ex. non adultum.

20. *Mesiotelus tenuissimus* (L. Koch). Canea. mense Aprili. femina adulta.

21. *Textrix cretica* n. sp. Canea. IV.; Homalos. in altid. 1000 m; Askiphu. 13. V.; Lakki. 17. V.; Galos. 20. V.; feminae adultae.

22. *Agelena labyrinthica* (L.)?. Visari. 24. V.; exemplum non adultum. probabiliter huius speciei.

23. *Pisaura rufofasciata* (De Geer) (*mirabilis* Clerck. auct.). Daphnaes. 27. V., femina adulta. (Cfr. Adnotationes).

24. *Tarentula radiata* (Latr.). Galos. 20. V.; Asomatos, 23. V., Visari. 24. V.; Daphnaes. 27. V.; exempla non adulta.

25. *Tarentula albofasciata* (Brullé). Tsikalaria. 4. V.; femina adulta.

26. *Tarentula* (*Trochosa*) *ruricola* (De Geer) var. *rustica* Thor. Rethymno. 21. V., mas ad.

[1]) Cfr. Arachnoidea opera Rev. E. Schmitz collecta in insulis Maderianis et in insulis Selvages dictis, pag. 29 (348), ubi tamen „Mandibulae... in latere postico“ lapsus est pro „...latere antico“.

27. *Cyrba algerina* (Lucas). Canea, mense Aprili, ex. non adult.; Asomatos, 23. V., mas ad.

28. *Heliophanus melinus* L. Koch. Asomatos, 23. V., femina adulta.

29. *Habrocestum latifasciatum* (E. Sim.). Askiphu, 13. V., feminae ad. (Cfr. Adnotationes).

30. *Euarcha iucunda* (Lucas) (*Ergane iucunda* auct.). Lakki, 7. V., mas adultus.

Opiliones.

1. *Liobunum Doriae* Can. Rethymno, 21. V., femina nuper adulta.

2. *Phalangium propinquum* Lucas. Visari, 24. V., femina adulta.

3. *Phalangium saxatile* (C. L. Koch). Sphakia, 12. V., femina ad.; Galos, 20. V., mas et feminae adultae. (Cfr. Adnotationes).

4. *Phalangium* inc. sp. Canea, mense Aprili, exemplum non adultum.

5. *Platybunus strigosus* (L. Koch ?). Sphakia, 12. V., femina; Askiphu, 13. V., mas. (Cfr. Adnotationes).

6. *Acantholophus coronatus* L. Koch. Canea, IV.; Askiphu, 13. V.; Galos, 20. V.; Visari, 24. V.; Daphnaes, 27. V.; exempla omnia non adulta.

Adnotationes et descriptiones specierum novarum.

Macrothele cretica n. sp.

Tab. I., fig. 1.

Mas.

Cephalothorax 6·4 mm longus, 5·0 latus, parte cephalicâ vix altiore quam thoracica, levissime in longitudinem convexâ; impressiones cephalicae prope margines cephalothoracis sat profundae et acutae, pone non procul a lineâ medianâ in foveam obliquam sat profundam sed diffusam dilatatae, ceterum parum distinctae; impressiones radiantes partis thoracicae utrimque binae bene evolutae, abbreviatae. Fovea cephalothoracis media profunda, rotundato-triangularis, apice anteriora versus directo. *Oculi* antici medii lateralibus multo minores: diametro diametrum minorem lateralium vix aequanti, inter se parum plus quam radio, a lateralibus circiter dimidio radio remoti; oculi antici laterales sesquplo saltem longiores quam latiores. *Mandibulae* 2·7 longae (desuper visae 1·6), ambae simul sumptae basi 2·4 latae. *Sternum* longius quam latius (3·05 longum, 2·75

latum), sigillis ad ipsum marginem sitis, sulciformibus, parum evolutis aut subnullis. *Labii* pars apicalis fere dimidia et *maxillarum* pars basalis interior abunde denticulatae. *Palpi* extensi apicem patellarum I fere attingunt: eorum pars femoralis 2·1 longa, patellaris 1·4 longa, 0·8 lata, tibialis 2·4 longa, 1·1 lata, tarsalis 1·05 longa, 0·75 lata. Pars tibialis desuper visa latere interiore maximam partem subrecto, exteriore leviter et inaequabiliter (basim versus fortius) convexo, apicem versus itaque leviter attenuata; a latere visa supra modice et paene aequabiliter convexa, subter longe (fere a basi) inaequabiliter (in dimidio apicali fortius) attenuata, apice duplo fere tenuior quam in parte latissimâ. Pars femoralis inermis videtur, patellaris supra in apice setâ longâ ornatur, tibialis in dimidio apicali lateris interioris supra aculeis mediocriter longis subadpressis 1.1, infra aculeo 1 longiore, praeterea in latere inferiore interiore setis fortibus, fere aculeiformibus, patentibus, 6 aut 8 instructa; pars tarsalis apice biloba, lobo interiore quam exterior paullo breviore, aculeis 2 (fortasse 3) non magnis ornato. Bulbus genitalis in embolum productus longum valde, apicem versus parum inaequabiliter attenuatum, marginem apicalem exteriorem partis patellaris attingentem. *Pedum* femora supra ad lineam medianam aculeis et setis aculeiformibus aliquot, praeterea anteriora in latere antico apicem versus aculeo 1, III. in lateribus supra utrimque aculeis 3 aut 4, IV. in utroque latere apicem versus aculeo 1, patellae subter aculeis et setis fortibus 3 aut 5, anteriores in latere antico aculeis 1.1.1. (aut 1.1), III. in latere antico 1.1.1, in postico 1.1, IV. in latere utroque 1 aut 0 (?) armatae; pedum anteriorum tibiae leviter incrassatae (II. paullo fortius quam I.), tibiae I. in latere antico aculeis 1.1 aut 1.1.1, subter et in laterum parte inferiore aculeis ca. 17, tibiae II. subter in dimidio apicali in longitudinem paullulo concavae, in dimidio basali ad latus exterius aculeis validis 3 et setis aculeiformibus paucis, in latere antico aculeis 1.1, tibiae III. subter aculeis 2.2.2, praeterea in utroque latere et in dorsi lateribus abunde aculeatae; tibiae IV. armaturâ simili (subter paullo magis abundâ); metatarsi I. in latere antico aculeo 1, subter aculeis fortibus, mediocriter longis, plerisque saltem paullo compressis et apice obtusiusculis, ca. 20, metatarsi II. in latere antico prope medium 1, subter in apice 3 et in dimidio apicali 1.1 aut 1.2.1 non magnis, metatarsi posteriores in omnibus lateribus abunde aculeati; tarsi I. aculeis parvis: subter 1 prope

medium, in utroque latere infra ca. 4. tarsi II. similem in modum aculeati aut subter inermes; tarsi III. subter utrimque aculeis 5—7 et in latere antico prope apicem 1, tarsi IV. armaturâ simili aut etiam supra prope apicem aculeo 1 ornati. Ungues principales pedum instructi serie fortiter sinuatâ dentium 10—11 in pedibus I., ca. 9 in IV., unguiculus impar inermis (?) in illis, denticulis minutis 2 ornatus in his. Tarsi soli, mediocriter quidem, scopulati. Pedes I. 15·5, II. 15·5, III. 15, IV. 19, pedum I. femur 4·7, patella 2·8, tibia 2·8, metatarsus 3·1, tarsus 1·85, pedum II. partes: 4·7, 2·65, 2·75, 3·4, 2·1, pedum III.: 4·3, 2·2, 2·6, 3·6, 2·3, IV.: 5·1, 2·6, 3·65, 4·9, 2·4 mm longae. *Abdomen* 6·7 longum, 3·7 latum, mamillae externae articulo basali 1·9, secundo 1·8, apicali 2·2 longo.

Cephalothorax cum mandibulis castaneo-niger, palpi parte femorali parum, apicem versus vero evidenter pallidiores; parte tibiali et tarsali obscure fusco-flavidis; pedes antici fere colore cephalothoracis, reliqui parum, apicem versus tamen evidenter pallidiores, tarsi posteriores fusco-flavidi; sternum, maxillae, labium, coxae flavido-fuliginea et fusco-flavida. *Abdomen* supra fuligineo-nigrum, ornatum—quum in spiritum vini immersa est aranea — serie duplici macularum parvarum, albidarum, utrimque 6, quarum anticae puncta sunt rotundata, reliquae vero lineolae paullo obliquae (foras et paullo retro directae), breves; venter fuligineus, epigastrium fusco-flavidum; mamillae externae flavido-fuligineae, articulo apicali flavido, mamillae internae fusco-albidae.

Femina (manifesto non adulta).

Cephalothorax 6·4 mm longus, 4·6 latus; pars cephalica leviter in longitudinem convexa; fovea media transversa. *Oculorum* anteriorum forma et magnitudo similes atque in mare, mediorum intervallum ca. 2/3 diametri aequans, spatium, quo a lateralibus distant, radio minus. *Mandibulae* 3·5 longae, basi 3·1 latae. *Sternum* 2·8 longum, 2·4 latum; sigilla duo, adversus coxas III. sita, sulciformia, bene evoluta. *Palpi* extensi apicem tibiarum I. non attingunt; eorum pars femoralis 2·8, patellaris 1·4, tibialis 1·85, tarsalis (unguiculo excluso) 2·05 longa; haec desuper visa a basi usque fere ad apicem paene aequabiliter et modice attenuata, apice tamen sat late obtusa; unguiculus serie dentium 10 ornatus; pars tibialis subter in apice aculeis 2 aut 3 et in dimidio apicali lateris interioris aculeis 2 (supra et infra), pars tarsalis in latere inferiore aculeis ca. 8 ornata, ceterum palpi inermes sunt. *Pedes* I. 14·9, II.

13·9. III. 14·1, IV. 17·4. pedum I. femur 3·7. patella 2·45. tibia 2·5. metatarsus 2·4. tarsus 1·6. pedum II. partes: 3·35. 2·4. 2·2. 2·4. 1·6. pedum III.: 3·35. 2·0. 2·15. 3·2. 1·85. IV.: 4·1. 2·45. 2·9. 3·7. 2·1 mm longae. Pedum aculei in exemplo nostro fortasse nondum perfecte evoluti: femora supra setis modo aliquot fortioribus ornata (posteriora saltem), ceterum anteriora in latere antico prope apicem et posteriora in latere postico prope apicem aculeo 1 debili ornata. patellae I. in latere antico ad apicem aculeo 1. II. et III. in latere antico aculeis 1.1 (prope medium et ad apicem). III. et IV. in latere postico prope medium 1. tibiae I. et II. ante pone medium 1. subter illae in apice aculeis 2. hae setâ forti et aculeis 1.3, III. supra aculeo 1. in latere antico supra 1.1. infra 1.1. in latere postico 1.1 aut 1. subter in apice aculeis 2 (praeterea setis fortibus 1 aut 3). IV. supra nullo. in latere utroque 1.1. subter 1.3. metatarsi I. subter 2.2.3. II. subter 2.2.2, in latere antico 1. metatarsi posteriores dorso ad lineam medianam inermi, ceterum III. aculeis ca. 14. IV. ca. 19. tarsi I. subter apicem versus 2.2. II. subter ad latus anticum serie aculeorum ca. 5. ad posticum 3. III. et IV. subter utrimque 3 aut 5. aut III. etiam in latere antico aculeo 1 armati. Scopulis evidentioribus exemplum nostrum caret; unguiculi pedum similem in modum atque in mare adulto pectinati.

Color multo pallidior quam maris adulti, manifesto nondum perfecte evolutus; dorsum abdominis paribus 3 punctorum albidorum ornatum, in $^1/_5$, in $^1/_2$, in $^2/_3$ longitudinis sitis.

Ceterum in feminam quadrant ea, quae de mare diximus, mutatis mutandis.

A *Macrothele calpetana* Walck. (cuius feminam modo, benigne a Cel. E. Simonio communicatum novi) differt *M. cretica* embolo maris multo breviore, oculis anticis inter se insigniter minus remotis (in *M. calpetana* distare mihi videntur oculi antici medii inter se et a lateralibus spatiis subaequalibus, quam diameter paullo — ca. $^1/_6$ — minoribus), parte tarsali palporum feminae parum longiore quam pars tibialis (in *M. calpetana* pars patellaris palporum 2·0, tibialis 2·3, tarsalis 3·05 longa est). *Macrothelae luctuosae* Luc., cuius femina sola nota videtur, pars tarsalis palporum feminae partem tibialem cum patellari longitudine superat teste Cel E. Simonio[1])

[1]) Histoire naturelle des Araignées, edit. 2, vol. 1, pag. 184.

Minotauria n. gen.

Genus *Dysderearum* (E. Sim.), tibiis omnibus aculeatis *Stalitae* Schiödte et *Orsolobo* E. Sim. simile, ab eis oculis sex bene evolutis (paullo minus tamen quam in *Dysdera* Latr. aut *Harpacte* Temp.), quatuor posterioribus in lineam paullo procurvam dispositis, duobus ante eos sitis, distinctum.

Obs. Diagnosin generis *Stalitae* in opere, quod inscribitur „Histoire naturelle des Araignées" (edit. 2. vol. 1. pag. 319), Cel. E. Simon non secundum speciem typicam (*S. taenaria* Schiödte) sed secundum *Stalitam Schiödtei* Thor. potius conscripsisse videtur. Metatarsi I. *Stalitae taenariae* inermes sunt, maxillae mediâ fere formâ inter maxillas *Dysderae* et *Harpactis*, in latere exteriore apicem versus non dilatatae (ut in *Dysdera*), sed apice brevius quam in *Dysdera* et longius quam in *Harpacte* acuminatae, in latere exteriore paginae superioris serrulâ non ornatae. *Stalitae Schiödtei* maxillae formâ paullo propius ad *Harpactem* accedere videntur et serrulâ ornantur; eius metatarsi I. subter aculeis (3 aut 4) armati sunt. *Minotauria* maxillarum formâ et serrulâ evolutâ cum *Stalita Schiödtei*, metatarsis I. inermibus cum *Stalita taenaria* convenit. Labium eius apice levissime excisum (ut in *Stalita Schiödtei*, minus quam in *Harpacte rubicundo* (C. L. Koch) et multo minus quam in *Dysdera erythrina* Latr.). Mandibulae parum proiectae, apice modice oblique (aeque fere atque in *Harpacte rubicundo*, multo minus quam in *Dysdera erythrina*) truncatae, sulco unguiculari in margine antico ad angulum dentibus duobus et in margine postico dentibus duobus apici propioribus ornato.

Minotauria Attemsi n. sp.

Tab. I. fig. 2, 3.

Mas.

Cephalothorax 3·6 mm longus, 2·7 latus, lateribus supra basim palporum (circiter in 1/5 longitudinis) modice sinuatis, fronte ca. 1·4 latâ, leviter rotundatâ, non altus, dorso a parte posticâ, quae modice declivis et modice arcuata est, anteriora versus sublibrato et subrecto (vix excavato), in parte anticâ oculos versus sat longe et modice descendenti et leviter arcuato. Sulcus medius vix cerni potest. Subtiliter et dense reticulatus est cephalothorax, mediocriter modo nitens, in parte cephalicâ anterius sat obsolete reticulatus et fortius nitens, pilis brevibus paucis ornatus, in parte cephalicâ an-

teriore et imprimis in clypeo longius et sat abunde pilosus, etiam in angulis posticis pilis aliquot longioribus instructus. *Oculi* pallidi, subaequales, aream 0·58 latam occupant, posteriores directo desuper visi lineam paullulo procurvam designant, a fronte adspecti lineam modice deorsum curvatam, subaequales videntur (in exemplo nostro oculus medius dexter reliquis minor), medii inter se radio saltem, a lateralibus paullulo minus quam diametro distant; spatium ab oculis anterioribus occupatum aeque circiter latum atque spatium, quo oculi posteriores laterales inter se distant; intervallum oculorum anteriorum circiter radio oculi minus quam spatium ab oculis posterioribus mediis occupatum; a posticis lateralibus distant oculi antici paullo plus quam radio, a posticis mediis paullulo minus quam diametro, a margine clypei circiter duplâ diametro. *Mandibulae* 1·5 longae, simul sumptae 1·3 latae, lateribus exterioribus maximam partem paene rectis et parallelis, sub clypeo leviter geniculatae, dorso ceterum fere recto (vix excavato in longitudinem), sat longe et mediocriter dense pilosae, pilis in granis nigricantibus insistentibus. *Sternum* dense subtiliter reticulatum, subopacum, pilis in maculis sublaevibus et nitidis sitis ornatum, margines versus sublaeve et nitidum. *Palporum* pars femoralis 1·65, patellaris 0.91, tibialis 0·99, tarsalis 0·81 longa, a latere visa ca. 0·26 lata; partes patellaris, tibialis, tarsalis gradatim tenuiores; aculeis carent palpi. Bulbus genitalis paullo ante medium parti tarsali subter innatus, corpore 0·74 longo, 0·35 crasso, 0·32 lato: ab imo visum corpus (quum apice retro directum est) elongato- et paullo oblique ovatum, apicem versus crassius, a latere visum supra leviter et fere aequabiliter convexum, prope apicem modo leviter sinuatum, subter in medio, ubi crassissimum est, late et obtuse angulatum, in dimidio anteriore deplanatum, in apicali praesertim apicem versus sat fortiter convexum; scapus parvus, subuliformis, compressus, foras sat fortiter curvatus, lineâ rectâ a basi ad apicem ductâ dimensus 0·24 longus; apex corporis ad basim scapi cristulâ curvatâ ornatur in marginem exteriorem scapi abeunti, ita, ut desuper adspectus scapus basi in latere exteriore in dentem obtusum dilatatus videatur. *Pedes* longi et graciles; femur I. in dimidio apicali lateris anterioris aculeis 7 aut 8 inordinatis, in lineâ medianâ dorsi serie aculeorum 4 in dimidio basali, in latere superiore posteriore serie aculeorum 6 aut 7, tibia I. in latere antico prope basim 1, subter aculeis 8 neque in series evidentiores neque per paria dis-

positis ornata, in parte apicali sat longâ inermis; pedum II. femur in latere antico fere toto aculeis 8 aut 9, supra basim versus 1.1 aut 1.1.1, in dimidio apicali lateris superioris exterioris 1.1 aut 0, tibia II. in exemplo nostro altera similem in modum atque I. aculeata (sed aculeis subter sitis modo 5), altera subter aculeis 4 et in latere antico prope medium et pone medium aculeo 1, metatarsus in latere inferiore antico ante medium aculeo 1 aut 1.1. pedum III. femur in latere antico aculeis 11 aut 12, ex parte dispersis, supra basim versus serie aculeorum 2 aut 3, in latere superiore postico serie aculeorum 4 aut 5 et infra eam aculeo 1 aut 3, patella ante 1.1 aut 1, pone 1, tibia supra inermis, subter et in lateribus aculeis 20 aut 22 (duobus in apice infra), metatarsus subter et in lateribus 15—17; femur IV. supra basim versus 5 aut 6 inordinatis, supra anterius serie 4 aut 6, supra posterius serie 7 aut 8, pone infra 1.1 aut 1, patella IV. in latere utroque supra et in latere inferiore 1, tibia et metatarsus similem in modum atque in pedibus III. aculeata, illa aculeis 25—28, hic ca. 17. Pedum unguiculi longi graciles, in pedibus I. principales dense pectinati, dentibus fere parallelis (11 in unguiculo exteriore, in interiore fortasse 9 aut 10, in exemplo nostro ex parte defractis), unguiculus impar bene evolutus, inermis; dentes unguiculorum posticorum 7, divergentes. Pedum I. coxa cum trochantere (quoad desuper conspiciuntur) 1·4, femur 3·8, patella 2·2, tibia 3·3, metatarsus 3·15, tarsus 0·8 (cum unguiculis 0·95), pedum II. partes respondentes: 1·1, 3·65, 2·05, 3·25, 3·15, 0·8 (ca. 1·0), pedum III.: 0·7, 2·95, 1·4, 1·9, 3·2, 0·75 (1·0), IV.: 1·0, 4·0, 1·8, 3·55, 4·6, 0·9 (ca. 1·2) mm longae. *Abdomen* (paullo contusum) ca. 3·9 longum, 2·5 latum, formâ vulgari.

Cephalothorax fulvo-testaceus, margine angusto nigricanti, lineâ mediâ tenui abbreviatâ (sulco medio respondenti) badiâ ornatus, in parte anticâ obscurior quam in posticâ; mandibulae et palpi colore partis anticae cephalothoracis, pedes fere colore partis posticae eiusdem, anteriores posterioribus paullulo obscuriores; sternum colore pedum, obscure marginatum, maxillae et labium sterno saturatius colorata; *abdomen* avellaneum.

Femina.

Exemplum femininum, manifesto non adultum et colore non perfecte evoluto, pallidiore, his rebus differt a mare adulto: *Cephalothorax* subtilius reticulatus, 3·4 longus, 2·45 latus, fronte latiore: fere 1·4

latâ, areâ oculorum 0·47 latâ; sulcus medius nullus; oculi postici lineam modice (fortius quam in mare) procurvam designant, medii inter se minus quam radio, a lateralibus paullulo plus quam diametro distare videntur (etiam in hoc exemplo oculi medii postici inaequales sunt). *Mandibulae* 1·25 longae et latae, granulis vix ullis ornatae. *Palporum* pars femoralis 1·52, patellaris 0·84, tibialis 0·84, tarsalis 1·13 longa; unguiculus gracilis, denticulo uno ornatus. *Pedum* aculei minus numerosi (quod certo ex aetate exempli nondum adulti pendet), ex. gr. femur I. ante aculeis 5, supra 2 aut 3, pone 3, tibia I. ante 0 (aut 1?), subter 4 aut 5 ornata; metatarsus II., patella IV. ut in mare aculeata, patella III. utrimque aculeo 1. Pedum I. partes: 1·1, 3·2, 1·85, 2·8, 2·5, 0·65 (0·85), II.: 1·1, 3·0, 1·8, 2·6, 2·45, 0·6 (0·8), III: 0·6, 2·5, 1·2, 1·95, 2·55, 0·6 (0·85), IV.: 0·8, 3·5 1·6, 3·1, 3·8, 0·8 (1·1) longae. Dentes in unguiculis principalibus pedum I. 9, in exteriore pedum IV. 7, in interiore 6. *Abdomen* 4·7 longum, 2·6 latum.

Prosthesima cretica n. sp.

Tab. I., fig. 4.

Femina.

Cephalothorax 3·1 mm. longus, 2·3 latus, parum nitens, densissime, supra obsolete, margines versus subtiliter reticulatus, pilis non densis, mediocriter longis, subadpressis, et in dorso pilis non multis longis erectis ornatus. Frons ca. 1·2, area *oculorum* 0·54 lata; series oculorum posterior desuper visa circiter diametro oculi longior quam series anterior; huius oculi laterales mediis maiores, a margine clypei circiter diametro suâ minore remoti; oculi postici subaequales (fortasse medii paullulo maiores) et spatiis subaequalibus (medio fortasse paullulo minore quam lateralia et quam intervallum oculorum anticorum mediorum) remoti. *Mandibulae* pilis inaequalibus non densis instructae. *Pedum* I. et II. tibiae inermes, metatarsi subter pone basim aculeis 2, patellae III. in latere postico aculeo 1 ornatae, patellae IV. et dorsum tibiarum III. et IV. inermia. Pedum anteriorum tarsi et metatarsi sat abunde scopulati; pedes posteriores scopulâ carent. Pedum I. femur 2·05, patella 1·4, tibia 1·4, metatarsus 1·3, tarsus (unguiculis exclusis) 1·05, pedum II. partes: 1·9, 1·25, 1·3, 1·3, 1·0, pedum III: 1·7, 0·95, 1·1, 1·4, 1·0, IV.: 2·3, 1·35, 1·7, 2·3, 1·1 longae. *Abdomen* 4·0 longum (mamillis exclusis), 2·5 latum, formâ vulgari. Area *epigynae* (glabra, spatiis pilosis definita) ca. 0·9 longa,

ante 0·85—0·9 lata, posteriora versus insigniter angustata, margine antico paullulo elevato, in angulum latum obtusum anteriora versus fracto, pilis instructo longis, retro directis (pili, quibus margo hic medius et pars epigynae propriae anterior ornatur, insigniter pone mediam aream epigynae pertinent; anguli antici areae, margine corneo definiti, foveam formant mediocriter profundam, pone intus omnino apertam; pars epigynae anterior minor pallida, sulcis mediocriter densis, recurvatis, in medio paullo sinuatis, in lateribus retro flexis ornata; posterior pars epigynae cornea, obscurior, parum definita, paullulo elevata, sculpturâ non facili ad dignoscendum et certo paullo mutabili; areola epigynae parva, ca. 0·36 lata, in $^2/_3$ longitudinis sita, in lateribus modo bene definita sulcis ca 0·15 longis, paullulo incurvatis, inter se fere parallelis aut retro et paullo foras directis; sulcus, quo areola pone definitur, perparum expressus: in angulum fractus recto maiorem, apice retro directum, in latere utroque retro et foras curvatus et cum apice postico sulci lateralis in arcum sat brevem coniunctus: triloba est itaque areola pone, eius lobus medius apice non rotundatus, multo latior quam lobi laterales, qui rotundati et retro et paullo foras directi sunt et aeque longe atque lobus medius aut paullo minus retro producti.

Color niger, metatarsi anteriores colore rufo suffusi, tarsi omnes rufo-testacei.

Mas ignotus.

Fortasse femina maris cuiusdam iam descripti est haec aranea.

Pterotricha nov. nom.

Syn.: *Callilepis* E. Sim., Hist. nat. des Araignées, 1893, pag. 383, ad part. (non *Callilepis* Westr.)

Pythonissa Kulcz. in Chyzer & Kulczyński, Araneae Hungariae, vol. 2, pag. 189 (non *Pythonissa* C. L. Koch).

Pars illa generis *Pythonissae* (C. L. Koch) a Cel. E. Simonio in Les Arachnides de France, vol. IV., pag. 192, definiti, quam a *Callilepidibus* veris segregavimus l. c. et *Pythonissam* appellavimus, novo nomine notanda videtur: genus *Pythonissa* enim a C. L. Kochio a. 1837 institutum in „Uebersicht des Arachnidensystems", pag. 16, initio non nisi species generis *Gnaphosae* (Latr.) E. Sim. et *Callilepidis* Westr. continebat.

Pterotricha lentiginosa (C. L. Koch).

Tab. I., fig. 11.

Exemplum adultum, in insulâ Cretâ lectum, quod huic speciei subiungendum videtur, differt a descriptione a Cel. L. Kochio in „Die Arachnidenfamilie der Drassiden" prolatâ (pag. 41) his rebus: Maius est, cephalothorace 4·5 mm., pedibus I. (a basi femoris) 15, pedibus IV. 18·5 longis, tibiâ cum patellâ pedum IV. 5·8, pedum I 5·0 longâ (evidenter itaque longiore quam cephalothorax); oculi antici medii inter se parum plus quam radio, a mediis posticis circiter diametro, a margine clypei duplâ diametro distant; series oculorum postica non multo minus quam latitudine oculi lateralis desuper visi longior est quam antica; oculi laterales antici fere rotundi; sternum paullulo longius quam latius (2·1 et 2·0 mm); pedum anteriorum tarsi et metatarsi in utroque latere infra scopulâ angustâ ornati; pedum II. tibiae et metatarsi non solum subter sed etiam in latere antico aculeata (illae aculeis 1.1 fortioribus infra, 1.1 tenuioribus supra, hi aculeo 1), patellae III. etiam in latere antico aculeo 1, tibiae III. in utroque latere aculeis 4, femur IV. in latere antico 1.1, patella IV. nullo, tibia IV. pone aculeis 4 ornata.

Differentiae hae ex parte quidem non leves sunt (praesertim quae oculorum situm attinent), nihilominus exemplum nostrum probabiliter vera est *lentiginosa*, quoniam oculorum situ et formâ non male convenit cum exemplo maris, quod nobis dono dedit Cel. E. Simon. In mare hoc series oculorum postica modo dimidiâ latitudine oculi lateralis desuper visi longior est serie anticâ, ceterum oculi eius non differunt ab oculis feminae in Cretâ lectae.

Epigyne exempli nostri similis figurae, quam dedit Cel. L. Koch l. c., minutiis quibusdam tamen distincta: septum et foveae latiores, tubera, quibus foveae ex parte replentur, magis asymmetrica, in parte posteriore a septo sulco modo vadoso angusto distincta, a marginibus exterioribus fovearum vero non distincta, hi enim paullo pone mediam partem fovearum intus curvati cum tuberibus coniunguntur et in eis evanescunt.

Holocnemus labyrinthi n. sp.

Tab. I, fig. 5, 6, 7.

Femina.

Cephalothorax 1·52 mm. longus (clypeo excepto modo 1·29 longus), 1·47 latus, sublaevis, nitidus, pilis longis dispersis ornatus;

fovea media valde profunda, transversa, sulcos emittit duos retro et paullulo foras directos, qui eminentiam obtusam, parum quam partes laterales adiacentes altiorem includunt; impressiones cephalicae profundae; secundum margines laterales cephalothorax sulco bene expresso ornatur. Clypeus 0·58 longus, declivis. Area *oculorum* 0·52 lata. Oculi medii postici inter se ca. $^{5}/_{4}$ diametri minoris, a posticis lateralibus dimidiâ hac diametro et triplo longius quam ab anticis lateralibus remoti; series oculorum antica leviter recurvata, marginibus inferioribus oculorum lineam parum deorsum curvatam designantibus; area oculorum mediorum pone $2^{1}/_{2}$ latior quam ante et dimidio latior quam longior. *Mandibulae* 0·52 longae, armaturâ ordinariâ [1]). *Palporum* pars patellaris 0·23, tibialis supra 0·34, subter modo 0·21 longa, apicem versus leviter incrassata, apice ca 0·18 crassa, pars tarsalis 0·50 longa, basi 0·15 crassa, apicem versus longe aequabiliter attenuata, conica, apice parum modo obtusa. *Pedes* (a basi femoris) I. 29, II. 21·5, III. 17, IV. 19·5 mm. longi. *Abdomen* 2·5 longum, 2·0 latum, in medio 2·0 altum, desuper visum late ovatum, a latere visum ventre retro et non parum deorsum directo, dorso a pedunculo usque fere ad mamillas fortiter et modo aequabiliter, modo in parte posteriore fortius arcuato, supra mamillas paullulo impendenti; mamillae apicem coni brevis deorsum fere directi occupant, epigyne autem tuber magnum obtusum format. Margo posticus epigynae $^{2}/_{3}$ aut medium fere spatii pedunculo et mamillis interiecti attingit. Aspectum paullo mutabilem praebet *epigyne*: in exemplis duobus, quae vidi, inter lamellam epigynae corneam et marginem ventris proprii (paullulo induratum et colore badio suffusum) partes quaedam molles membranaceae pallidae conspiciuntur et spatium plus minusve magnum occupant, quae — ni fallor — in certamine mortis prociderunt, sed in vivis absconditae sunt. Paries corneus epigynae circiter 0·9 latus, duplo circiter latior quam longior, rotundato triangularis, margine postico in parte mediâ et in lateribus leviter rotundato, non procul a medio utrimque le-

[1]) Margo posticus apicis mandibularum in lamellam compressus est corneam pellucidam, quae cum dente illo longo acuto nigro coniungitur, quo angulus apicalis interior mandibulae ornatur; prope a dente hoc margo lamellae modice sinuatus est, et in sinum hunc cadit unguis mandibulae clausae, ita, ut dens commemoratus ante unguem mandibulae clausae situs sit. — Similis est fabrica mandibularum non solum in *Holocnemo* sed etiam in Pholcidis aliis non paucis saltem (an in omnibus?)

viter sinuato (haec forma marginis postici paullo inconstans videtur); posteriora versus paries hic sat fortiter adscendit; pars postica media eius pallida est, reliquae partes fere omnes corneae et obscure coloratae. Tuberibus et foveis caret epigyne. Ad latus eius utrumque anticum eminentia conspicitur magna, humilis, diffusa, obliqua, parum expressa.

Cephalothorax pallide rufescenti-flavidus, eminentiâ posticâ et clypeo pallidioribus, flavido-albis, impressionibus cephalicis leviter infuscatis, vittâ mediâ brevi, impressionem mediam secanti, subfuscâ, parum expressâ ornatus; oculi cingulis nigris cincti, cinguli anticorum mediorum in vittas breves, medium clypeum non attingentes, sensim angustatas, deorsum producti. Mandibulae et maxillae pallide fulvae, in illis sutura partis connatae badia; labium maxillis paullo pallidius. Sternum dilute sordide flavidum, abunde minute fusco punctatum, vestigiis vittarum fuscarum angustarum, utrimque 3, radiantium ornatum. Palpi pallide sordide flavidi, parte tarsali, praesertim apicem versus, infuscatâ. Pedes fulvi, basim versus sordide flavidi, femoribus et tibiis apice obsolete pallide flavido annulatis. *Abdomen* pallide avellaneum, mamillae pallide fulvae; epigyne badia et latericia, parte mediâ posticâ decolore; margo ventris cum epigynâ contingens colore badio tinctus; partes membranaceae epigynae utrimque lineâ nigrâ leviter deorsum arcuatâ pictae, quae linea in altero exemplo (epigynâ minus patenti) sub margine postico areae corneae iacent et fere libratae sunt, in altero vero in lateribus partis membranaceae sitae, retro et foras directae.

Mas.

Feminae similis, ab ea his rebus distinctus: *Cephalothorax* 1·65 longus (clypeo excepto: 1·46), 1·62 latus. Clypeus 0·74 longus. Area *oculorum* 0·55 lata; oculi medii postici inter se $^{5}/_{3}$ diametri minoris, a posticis lateralibus $^{1}/_{3}$ eius diametri et duplo longius quam ab anticis lateralibus remoti. *Mandibulae* (in exemplo nostro retractae) 0·48 longae, dorso in parte externâ paullo infra medium dente ornato forti, deorsum et anteriora versus directo, paullo incurvato, apice paullulo uncato, in margine interiore, qui leviter concavus est, granulo uno alterove ornato; inter dentem hunc et marginem apicalem et partem mandibularum connatam dorsum mandibulae latissime deplanatum et paullulo excavatum est. *Palporum* pars femoralis ca. 0·52 longa, basi tenuis, apicem versus fortiter incras-

sata, pars patellaris annuli oblique truncati, apici partis femoralis impositi formam habet, supra ca. 0·32, subter modo 0·065 longa est; pars tibialis supra[1]) 0·92 longa, in longitudinem fortiter et aequabiliter convexa, subter 0·32 longa et paene recta, desuper visa elongato ovata, fere symmetrica, duplo fere longior quam latior; pars tarsalis 0·92 longa, a latere exteriore visa basi oblique truncata (supra longior), prope basim 0·37 crassa, in mediâ parte fortiter attenuata, inde apicem versus crassitudine subaequali, dorso itaque insigniter sigmoideo, latere inferiore verum paene recto; paullo pone medium tuberculo obtuso ornato; ad hoc tuberculum pars tarsalis processibus duobus instructa est (paullo mobilibus — ni fallor): in latere interiore infra aculeo gracili nigro, deorsum et anteriora versus et foras directo, complanato, extrinsecus sulcato, leviter sursum curvato, aeque saltem longo atque spatium, quo ab apice partis tarsalis distat; alter processus, in latere exteriore infra parti tarsali innatus, ligula est elongata, minus dura, ex parte membranacea fere, ferruginea et decolor, deorsum et anteriora versus et foras directa, paullo deorsum curvata. Apex partis tarsalis insigniter inaequalis; latus eius exterius prope a margine superiore carinulâ ornatur nigrâ, modice deorsum curvatâ, infra vero carinulâ aliâ libratâ fere et rectâ; carinula superior in subulam desinit tenuissimam; inter carinulas excavatum est latus exterius. Desuper visa pars tarsalis in parte basali minore intus fortiter dilatata est in lobum rotundato quadrangulum, tum apicem versus longe et paene aequabiliter attenuata, apice vero ipso intus paullo dilatata in dentem latum triangulum sublibratum. Bulbi genitalis pars basalis parti tarsali paullo pone basim subter intus adnata, alba (maximam partem saltem, in latere exteriore vero ex parte cornea), crassa, paullo compressa, a latere interiore visa rotundato-trapezica, latere antico reliquis longiore; pars terminalis, cornea, ferruginea et badia, lateri exteriori prope apicem partis basalis adnata, lamella est compressa, deorsum directa, a basi apicem versus fortiter dilatata, latior quam longior, latere postico fortiter arcuato, antico recto, apice late et profunde rotundato-excisa, in dentes itaque desinens duos: anteriorem acutum, posteriorem rectangulum, quum a latere, breviter uncatum vero, quum a fronte adspicitur; ad fundum sinus

[1]) Partem palporum quamquamque describimus libratam et apice anteriora versus directam.

apicalis bulbus dentem emittit corneum, oblongo triangularem, intus et paullo sursum directum. *Pedum* I. femora in dimidio apicali lateris inferioris antici serie aculeorum ca. 20 ornata. Pedes I ca. 33·5, II ca. 25, III, ca. 20, IV, ca. 22·5 mm longi. *Abdomen* (desuper visum) 2·3 longum, 1·8 latum, 1·6 altum in medio.

Color idem atque feminae. Palpi sordide flavidi, pars tarsalis fulva, marginibus ex parte nigris, apicem versus obscurior, rufo-fuliginea.

Species haec imprimis *Holocnemo (Pholco) Forskali* Thor. affinis est, sed ab eo abunde distincta.

Thanatus vulgaris E. Sim. subsp. cretica n.

Tab. I. fig. 13.

Subspecies haec differt a *Thanato vulgari* typico imprimis pedibus longioribus et picturâ paullo aliâ. — *Cephalothorax* (desiccatus) obscure fulvus, colore fuligineo suffusus aut contaminatus, praesertim in parte posteriore vittarum lateralium et dorsi (sed non in declivitate posticâ). Pars cephalica anterior lineis fuligineis 3 aut 5 picta. Vittis albis quatuor ornatur cephalothorax; earum marginales pone latitudine patellas anticas fere aequant (multo itaque angustiores sunt quam vittae adiacentes fulvae), anteriora versus sensim angustiores fiunt, basim palporum attingunt, supra lineâ paene rectâ finiuntur; vittae dorsuales, a declivitate posticâ anteriora versus ductae, pone item circiter patellas I. latitudine aequant, inter se spatio angustiore distant, intus lineâ rectâ, extrinsecus lineâ paullo inaequali, obsolete dentatâ, definitae, anteriora versus insigniter angustatae et paullo a se discedentes, marginem interiorem oculorum posticorum lateralium attingunt et cum areâ oculorum, quae maximam partem albo pilosa est, coniunguntur. Vitta, quâ dorsum *abdominis Thanatorum* in parte anteriore ornari solet, nigro-fuliginea, lanceolata, prope medium non evidenter angulata, neque dilatata, apice acuto $^{2}/_{3}$ dorsi saltem attingens, utrimque lineâ albissimâ aequali limitata, quae lineae pone in lineam unam coniunguntur sensim angustatam, mamillas fere attingentem. In utroque latere dorsum abdominis lineâ albâ ornatur angustiore, paullo minus evolutâ et definitâ, paene aequabiliter arcuatâ, prope mamillas lineam mediam non plane attingenti, in dorsi parte anteriore autem cum limbo albo vittae mediae obscurae paullo confusâ; area dorsi enim lineis albis lateralibus definita in parte posteriore fuliginea, in an-

teriore vero paullo pallidior et pube albâ paullo contaminata est. Latera abdominis obscure fulva, supra paullo obscuriora quam infra, pube albâ contaminata, praesertim in parte posteriore. Venter fulvus, pube albâ, modice densâ tectus. *Pedes* et *palpi* colore simili, picturâ evidentiore carent. — Differt itaque *Th. vulgaris creticus* a typico (cuius exempla duo modo, paullo detrita, vidi) vittâ mediâ abdominis aequabiliter lanceolatâ, non dentata, et areâ abdominis obscurâ posteriore nusquam lobatâ.

Ad formam *Th. vulgaris creticus* a typico differt evidentius modo pedibus longioribus. Maris typici, quem dono nobis dedit Cel. E. Simon, cephalothorax 1·94 mm,

pedum partes:	I.	2·14,	0·87,	1·78,	1·62,	1·20
	II.	2·53,	0·94,	2·10,	1·84,	1·26
	III.	2·27,	0·94,	1·78,	1·68,	1·13
	IV.	2·49,	0·81,	2·10,	2·14,	1·29;

maris Cretici cephalothorax 2·27,

pedum partes:	I.	3·14,	1·26,	2·65,	2·43,	1·55
	II.	3·82,	1·39,	3·27,	2·85,	1·75
	III.	3·34,	1·20,	2·59,	2·43,	1·42
	IV.	3·72,	1·10,	2·91,	2·98,	1·62mm longae.

Tibia IV. longior et quam cephalothorax quintâ parte patellae in formâ typicâ, tribus quintis partibus patellae in subsp. *creticâ*; pedes II. circiter $4^1/_2$ longiores cephalothorace in illa (8·67 longi), $5^3/_4$ in hac (13·08).

Differt etiam paullulo oculorum situs: series oculorum antica paullulo fortius sursum curvata est in *Th. vulgari* typico, linea per margines inferiores oculorum lateralium et per puncta media mediorum ducta manifesto sursum curvata in eo, recta vero in *cretico* mihi videtur (quum cephalothorax directo a fronte adspicitur); clypeus paullulo — ca. $^1/_8$ — humilior est quam area oculorum mediorum, area haec paullulo longior quam pone lata (0·37 et 0·35 mm) in *Th. vulgari* typico, clypeus non humilior (imo perparum altior quam area et haec plane aeque lata atque longa in *Th. cretico*.

Probabile videtur, *Thanatum vulgarem* sat late diffusum esse per orbem terrarum et in subspecies dissolutum complures, pedum longitudine, oculorum magnitudine et situ, partium genitalium formâ, picturâ distinctas. Sub-species tales quatuor novimus: typicam,

quae Galliam incolit, Creticam, Maderianam [1], Croatico-Hungaricam [2].

Bulbi genitalis formâ conveniunt inter se aut parum differunt saltem subspecies *typica, maderiana, cretica*: margo anticus partis terminalis bulbi, niger, arcum format in eis recurvatum, inaequabilem, quum ab imo adspicitur, bis sinuatum: in parte interiore et ad basim emboli proprii [3]. Ambo sinus absunt plane in *Th. vulgari* Hungariam et Croatiam incolenti (quam subspeciem *brevipedem* apellabimus), margo anticus partis terminalis nusquam interruptus neque sinuatus abit in marginem anticum compressum emboli, in pariete emboli dorsuali (fundum alveoli spectanti) non continuatur (fig. 8): etiam a fronte visus embolus subspeciei huius cum limbo nigro partis terminalis in arcum aequabilem coniungitur, angulo in basi extrinsecus sito caret (fig. 10). In subsp. *typicâ, creticâ, maderianâ*, limbus corneus in parietem dorsualem emboli extenditur et in basi emboli a fronte adspecti dentem format plus minusve evidentem (fig. 9).

Pedum longitudine superat, ut diximus, subsp. *cretica typicam*; huius pedes longiores sunt quam subsp. *maderianae*, cuius cephalothorax aeque longus est atque tibia IV. aut eâ paullulo longior potius (ille: 2·36, 2·14, haec 2·27, 1·94, patella 0·97, 0·91 longa); subsp. *brevipes* discedit a reliquis subspeciebus tibiis IV. evidenter brevioribus quam cephalothorax (cephal.: 2·59, 2·07, tibia IV.: 2·17, 1·78, patella IV.: 1·10, 0·87 longa).

Oculorum situ *Th. vulgaris maderianus* cum typico convenit, clypeus eius paullulo altior est (circiter $^1/_{10}$ humilior quam area oculorum mediorum longa). *Thanati vulgaris brevipedis* puncta media oculorum mediorum anticorum cum marginibus inferioribus lateralium lineam designant rectam aut levissime deorsum curvatam, area oculorum mediorum aeque longa est atque pone lata aut paullulo longior, clypeus plerumque evidenter humilior quam haec

[1]) *Thanathus vulgaris* Kulcz. in „Arachnoidea operâ Rev. E. Schmitz collecta in insulis Maderianis et in insulis Selvages dictis".

[2]) *Th. vulgaris* Chyzer & Kulczyński in „Araneae Hungariae".

[3]) Cfr. figuras nostras 14 et 15. In figurâ 13, quae apicem bulbi subsp. *creticae* a parte inferiore simulque paullo a latere exteriore et a fronte visum repraesentat, sinus interior mediocriter expressus est, exterior plane non conspicitur: directo a parte inferiore visus bulbus huius subspeciei similis est fere atque in fig. 15.

area (ca. $^1/_4$), sed in exemplis staturâ magnâ minus humilis (modo $^1/_9$ humilior quam area). Differt haec subspecies a reliquis oculis anticis mediis evidenter minoribus (diametro ca. $^1/_6$ minore) quam laterales antici et circiter sesculplâ diametro inter se remotis, quum oculi hi aequali sint magnitudine et $^5/_4$ aut $^6/_5$ diametri inter se remoti in *Th. vulgari typico* et *cretico*, in *Th. vulgari maderiano* verum medii lateralibus parum minores et inter se $^4/_3$ aut $^3/_2$ diametri remoti. — An differentiae hae constantes sint, ulterius inquirendum videtur.

Picturâ abdominis, praesertim areâ posteriore obscurâ in lateribus lobatâ, conveniunt *Thanati maderianus* et *brevipes* cum *typico*.

Feminam subsp. *creticae* non novi, subsp. typicae unicam feminam vidi. Huius oculi antici medii lateralibus paullulo minores, inter se ca. sesculplâ diametro remoti; eorum puncta media cum marginibus inferioribus lateralium lineam designant paullo sursum curvatam; clypeus altitudine aream oculorum mediorum, quae paullulo longior quam latior est, aequat fere; cephalothorax aeque longus atque tibia IV. cum $^1/_4$ patellae (cephal. 2·4, tibia IV. 2·15, patella 1·05 longa). Fovea epigynae (fig. 16) 0·47 lata; septum epigynae basi, ubi cum marginibus foveae coniungitur, ca. 0·15 latum, in parte latissimâ 0·29 latum.

Th. vulgaris maderiani oculi antici medii lateralibus modo evidenter modo vix minores, inter se sesculplâ diametro aut $^7/_4$ diametri remoti, linea oculis designata, quam supra commemoravimus, paullulo sursum curvata aut recta, area oculorum mediorum modo paullulo longior, modo paullulo brevior quam latior, clypeus modo circiter $^1/_5$ humilior quam area haec (in exemplis minoribus), modo (in magnis) non humilior; cephalothorax tibiam IV. cum dimidiâ patellâ aut $^3/_4$ patellae longitudine aequat (cephal. 2·7, 2·3, 1·9, tibia IV. 2·2, 1·7, 1·5, patella IV. 1·0, 0·8, 0·7 longa). Fovea epigynae 0·42, 0·44, 0·45 lata, septum basi 0·14, 0·16, 0·13, in parte latissimâ 0·27, 0·26, 0·21 latum. — Parum itaque differt haec subspecies a typicâ.

Paullo melius distincta videtur femina *Th. vulgaris brevipedis*, formâ epigynae saltem. Etiam in ea variant paullo magnitudine oculi antici: mediorum diameter $^1/_6$ aut $^1/_7$ minor est diametro lateralium, puncta media mediorum cum marginibus inferioribus lateralium lineam designant paene rectam aut paullulo deorsum curvatam (quum cephalothorax d i r e c t o a fronte adspicitur), clypeus

fortasse constanter humilior ($^1/_6$ aut $^1/_9$ parte) quam area oculorum mediorum. haec aeque circiter longa ac lata (parum longior aut parum brevior); cephalothorax longitudine tibiam IV. cum totâ patellâ (in exemplis minoribus) aut cum $^3/_4$ patellae (in maioribus) aequat (cephal. 2·2. 2·25. 2·5, tibia IV. 1·4. 1·6. 1·75. patella IV. 0·8, 0·85. 1·0 longa). Basis antica septi epigynae (fig. 12), sive spatium, quo interruptus est margo anticus foveae. latior est quam in prioribus: fovea epigynae 0·44. 0·44. 0·45 lata. basis septi 0·21. 0·26. 0·26. septi pars latissima (in fundo foveae) 0·29. 0·31. 0·32 lata; basis septi itaque dimidiam latitudinem foveae attingit fere aut superat. quum in prioribus eius tertiam partem non aut parum modo excedat.

Textrix cretica n. sp.

Tab. I., fig. 18.

Femina.

Cephalothorax 5·3 mm longus. 3·2 latus. parte cephalicâ 2·0 latâ. 1·9 longâ (a margine antico medio usque ad lineam tranversam sinus eos coniungentem. in quos excisa sunt latera cephalothoracis), anteriora versus levissime dilatatâ. lateribus leviter sigmoideis: supra basim palporum concavis. anterius convexis. Series *oculorum* antica leviter recurvata. eius oculi medii lateralibus paullo minores. inter se ca. $^2/_3$. a lateralibus ca. $^1/_6$ diametri. a clypei margine paullo plus quam duplâ diametro remoti: oculi laterales postici anticis minores (diametro quam horum diameter brevior paullo minore — ni fallor). ab eis radio saltem. a mediis posticis fortasse paullo longius distantes; oculi medii postici reliquis maiores. inter se ca. $^2/_3$ diametri et paullo longius quam a lateralibus remoti. *Mandibulae* sub clypeo geniculatae. 2·0 longae. armatae dentibus 2 in sulci unguicularis margine postico. tribus (medio lateralibus maiore) in antico. *Pedum* I. femur 3·1. patella 1·55. tibia 2·3. metatarsus 2·75. tarsus 1·55. pedum II. partes: 3·1. 1·55, 2·2, 2·75. 1·5. pedum III.: 3·1. 1·6. 2·1. 2·95, 1·5, IV.: 3·7. 1·6. 3·0. 4·0, 1·7 longae. *Abdomen* 5·5 longum. 3·0 latum. *Mamillae* supremae 2·3 longae. *Epigyne* foveâ ornatur paullo varianti: margo anticus foveae elevatus corneus acutus; in lateribus margines foveae pallidi. posteriora versus sensim humiliores fiunt. denique evanescunt; piriformis aut ovata dici potest fovea. pone latior. latitudine variat (0·45—0·57 lata est, eius margo anticus a margine postico epigastrii 0·57 --

0·68 mm distat), profunda est; eius fundus, sulco optime circumscriptus, corneus, obscurior quam foveae margines, inaequalis: in longitudinem aut convexus aut in angulum fractus, partem modo anteriorem foveae occupat, posteriora versus latior fit, pone lineâ in angulum obtusum (apice retro directum) fractâ finitur; spatium fundo foveae et margini epigastrii interiectum, 0·24—0·32 longum, laeve, glabrum, nitidum, posteriora versus sensim adscendit et sulco non profundo dimidiatur.

Cephalothorax humefactus umbrinus, parte cephalicâ rufo-fuligineâ, summo margine nigricanti, vittâ mediâ abbreviatâ et vittis marginalibus mediocriter latis pallidioribus, parum expressis ornatus. Mandibulae rufo-fuligineae, labium et maxillae paullo pallidiora, apice albida; sternum castaneum aut rufo umbrinum, margine obscuriore; coxae sterno paullo pallidiores, pedes obscure fulvi aut rufescenti-umbrini, tarsis pallidioribus, femora subter fusco annulata, annulis ternis in pedibus posterioribus, binis in anterioribus, tibiae annulis fuscis binis, supra subterque late interruptis ornatae, tibiae I. aut etiam II. et metatarsi I. aut I. et II. infuscata, basi pallidiora, metatarsi posteriores apice obsolete annulati; tota haec pictura modice aut mediocriter expressa. Palpi obscure fulvi parte tibiali et praesertim tarsali castaneâ. *Abdomen* supra fuligineum, subter umbrinum, ornatum subter vittis pallidioribus duabus angustis, inter se approximatis et in lateribus ventris vittis latioribus, parum expressis; dorsum abdominis vittâ pictum rufescenti-umbrinâ, sat latâ, lateribus in parte anteriore rectis, in posteriore obtuse serratis; cuius vittae pars antica maculâ fuligineâ subquadratâ fere repletur, pars reliqua angulos fuligineos aliquot (primum crassum, reliquos sat angustos) continet; in exemplis obscure coloratis restant e vittâ pallidâ: in parte anticâ lineae duae parallelae, in longitudinem directae, pone eas, paullo ante medium dorsum, maculae sat parvae, subtriangulares, in dorsi dimidio posteriore paria circiter tria macularum minus expressarum, inter se plus minusve in angulos pallidos coniunctarum. Mamillae infimae rufo-fuligineae, articulus basalis supremarum colore eodem, articulus apicalis paullo pallidior.

Desiccatus *cephalothorax* vittâ mediâ albidâ aut cremeâ, abbreviatâ, e pube formatâ pictus est, *abdomen* pube albidâ ornatur, in dorsi lateribus dispersâ, in eius parte mediâ in picturam congestâ similem atque ea, quâ dorsum humefactum exemplorum obscure

coloratorum ornatur; e picturâ hac, parum definitâ, imprimis manifestae sunt maculae duae albae paullo ante medium dorsum sitae. (Exempla omnia, quae vidi, plus minusve detrita sunt).

Mas ignotus.

Pisaura rufofasciata de Geer.

Exemplum huius speciei in insulâ Cretâ lectum staturâ magnâ est: cephalothorace 5·0 mm longo, picturâ cum „*Ocyale murina*“ C. L. Koch [1]) convenit. Epigynae forma paullo insolita: pars postica furcae corneae, quae partem anticam et mediam epigynae occupat, in lamellam dilatata est parvam, transversam, rectangulam, 0·32 latam, ca. 0·16 longam. Foveae epigynae pone et in lateribus rotundatae, 0·81 latae, 0·42 longae, partem modo parvam posticam mediam replet haec lamella; reliquas partes foramina occupant magna, rotundata, ca. 0·18 lata, quae carinis obtusis latiusculis circumscribuntur in angulis lamellae anticis initium capientibus, anteriora versus directis, tum foras et denique retro curvatis. Longitudo totius epigynae 1·14 mm.

Habrocestum latifasciatum (E. Sim.).

Tab. I., fig. 17.

Feminas *Habrocesti* cuiusdam in Cretâ lectas *Habrocesto latifasciato* (E. Sim.), Graeciam, Syriam, Palaestinam incolenti, cuius mas modo descriptus est), subiungendas censeo, pedum enim picturâ conveniunt cum mare huius speciei, differunt autem a mare *H. papilionacei* (L. Koch [2]).

In mare *Habrocesti papilionacei* pedes (humefacti) fulvo- et rufoflavidi sunt, anteriores posterioribus paullo obscuriores; apex femorum anteriorum in latere antico inferiore niger; pedum I. patella, tibia, basis metatarsi, in latere antico et inferiore antico fusca; pedum II. patella in latere antico fere toto, tibia in eodem latere basi et apice fuscae aut nigrae; pedum posteriorum patellae in latere antico infuscatae, tibiae in eodem latere basi angustius, apice latius fusco annulatae, in latere postico apice anguste nigricantes; apex

[1]) Die Arachniden, vol. XIV., fig. 1348.

[2]) Mares *Habrocesti latifasciati* et *H. papilionacei* benigne nobiscum communicavit Cel. E. Simon.

metatarsorum obsolete infuscatus. Ceterum carent pedes picturâ evidentiore.

Maris *Habrocesti latifasciati* femora omnia apice nigro annulata sunt, annulis subter late, supra anguste interruptis; in latere postico femoris II. cum annulo apicali umbra fusca coniungitur basim versus ducta, paullo abbreviata, in margine antico sinuata, basi profunde excisa; femora III. et IV. ornata basi subter maculâ fuscâ et supra eam maculâ paullo minus expressâ, quae cum annulo apicali umbris fuscis binis, paullo obliquis (in latera adscendentibus) coniunguntur (vitta posterior in pedibus IV. obsoleta). Pedum I. patella tibia metatarsus tarsus fusco-nigra, dorso tibiae et patellae et parte basali tarsi pallidioribus, badiis; patellae reliquae utroque latere et lineâ mediâ dorsuali (in pedibus II. brevissimâ) fuscis; tibiae utroque latere plus minusve fortiter infuscato, fuscedine basi et apice obscuriore et annulos plus minusve evidentes formanti; earum dorsum lineâ mediâ fuscâ incompletâ, parum expressâ ornatur; metatarsi basi latius, apice angustius, fusco aut nigro annulati.

Feminarum Cretensium femora I. et II. similem in modum picta atque femora II., femora posteriora similia femoribus respondentibus maris, fuscedine basali in pedibus III. et IV. magis aequabili (in maculas binas non divulsâ), umbris posticis eorundem pedum parum expressis aut obsoletis; patellae basi supra et in utroque latere puncto fusco ornatae, in lateribus apicem versus plus minusve manifeste (in pedibus IV. parum) fusco-maculatae; tibiae et metatarsi ornata annulis binis: basali et subapicali (in tibiis posterioribus) aut apicali, fuscedine inter se coniunctis et confusis modo in latere postico tibiarum I. et II. — Tota haec pictura plus minusve expressa.

Epigyne insigniter distincta videtur ab epigynâ *Habrocesti papilionacei*: e lamellâ constat leviter convexâ, albidâ, in parte postremâ corneâ, fulvâ (maculis duabus translucentibus magnis nigricantibus oblongis pictâ), glabrâ, subtilissime impresso-punctatâ, 0·4 longâ, 0·53 latâ; lamella haec in utroque latere margine corneo definitur, ad quem paullo impressa est; ambo margines, insigniter incurvati, pone evanescunt prope a margine postico epigynae, inter se non coëunt, ante vero intus et denique paullo retro directi debiliores quidem fiunt, sed non abbreviati in angulum obtusum coniunguntur; lamella itaque cordiformis dici potest, pone late truncata et in medio in sinum mediocrem obtusangulum excisa. Pars epi-

gynae in fronte lamellae descriptae sita, sat magna, paene levis (subtilissime modo rugulosa et glabra est.

Cephalothoracis humefacti area oculorum nigra, reliqua pars dorsi badia, latera et declivitas postica obscuriora, haec supra vittâ paullo pallidiore ornata, clypeus latericius; mandibulae eo paullo obscuriores et laetius rufescentes; sternum umbrinum, posteriora versus plus minusve pallidius; coxae eo multo pallidiores; pallide fulvae. Palpi flavo-testacei, parte femorali in latere interiore et praesertim subter infuscatâ, parte tibiali basi supra vittâ brevi fuscâ ornatâ. *Abdomen* supra umbrinum fuligineo et nigro variegatum, colore fulvo aut fulvo-cinereo pictum: in parte anticâ fasciâ transversâ latâ, fuligineo punctatâ, mediocriter expressâ, in latera abdominis sat longe productâ ornatum; dimidium posterius macula magna occupat fulva, nigro limbata, bis dilatata: pars eius anterior transversa, in lateribus rotundata, pars posterior angustior, paullo oblonga, lateribus angulatis potius; macula haea angulos fuscos parvos circiter 6 continet; eius margo anticus medius paullo productus inter maculas duas oblongas, quibus dorsi dimidium anterius ornatur. Latera abdominis et venter cinereo-fulva, umbrino maculata, maculis plus minusve congestis in lateribus in vittas obliquas, in ventre in vittas angustas longitudinales quatuor. Mamillae umbrinae.

Cephalothorax pube tectus laete rufâ et albâ (praesertim in lateribus margines versus) desiccatus picturam evidentiorem non praebet; inter oculos posticos fasciâ diffusâ, parum expressâ, vittam brevem rufescentem continenti, in angulo inter dorsum et declivitatem posticam vittâ brevi albidâ, in declivitate posticâ, quae nuda est, utrimque vittâ albidâ sat longâ ornatur. Clypeus albo pilosus, cinguli oculorum anticorum albi, supra pube rufâ immixtâ. Mandibulae pilis tenuibus dispersis albidis ornatae. Palpi albo pubescentes. *Abdomen* supra laete fulvum, nigro punctatum, praeter maculam in dimidio posteriore sitam, in utroque latere (neque in fronte) nigro limbatam, subunicolorem, picturam evidentiorem nullam ostendit; venter cinerascens.

Cephalothorax 3·0 mm longus, 2·1 latus, area oculorum (directo desuper visa) 1·3 longa, quadrangulus oculorum 1·1 longus, pone 1·75, ante 1·85 latus, abdomen 3·4, cum mamillis 4·1 longum, 2·5 latum; pedum III, femur 2·1, patella 1·13, tibia 1·23, metatarsus

1·17, tarsus (cum unguiculis) 0·81, pedum IV. partes: 1·6, 0·78, 1·10, 1·20, 0·84 longae.

Phalangium saxatile (C. L. Koch).

Maris huius speciei in Cretâ lecti truncus fere 5 mm longus est, supra evidenter granulatus, margines cephalothoracis laterales denticulati, tibia palporum spiculis paucis et parvis ornata, pedum omnium tibiae supra inermes, metatarsus I. mediocriter (fere ut in *Phalangio parietino* De Geer esse solet) incrassatus, patella II. subter spiculis minutis non multis ornata, patella IV., tibiae et metatarsi pedum II. et IV. inermia. — Feminarum truncus ad 6·5 mm longus, vix evidenter granulatus, in segmentis anterioribus saltem obsolete denticulatus.

Phalangia: saxatile et *parietinum* adeo variant notis, quibus ab auctoribus distinguuntur, ut vix pro speciebus propriis haberi possint. Occurrunt exempla *Phalangii saxatilis* maiora quam *Phalangium parietinum;* forma metatarsi I., armatura palporum et pedum inconstans est, tibiae feminarum in utraque „specie" eâdem formâ mihi videntur. Reliquis notis, quae ad distinguendas has formas adhibentur, melior mihi videbatur sculptura trunci: granulati in *Ph. parietino,* granulis carentis in *Ph. saxatili* [1]; sed non desunt specimina (ex. gr. ea, quae in insulâ Cretâ lecta sunt) etiam in hac re media inter *Phalangium parietinum* et *Ph. saxatile.*

Platybunus strigosus (L. Koch).

Non sine haesitatione exempla in Cretâ lecta *Platybuno strigoso* subiunxi, quoniam tibiae eorum manifeste angulatae sunt; ceterum parum differunt ea a descriptione *Platylophi strigosi,* quam protulit Cel. Dr. L. Koch [2]: pallidius colorata sunt (probabiliter nuper adulta), tuberculum oculorum denticulis paullo paucioribus (ca. 8) ornatur, pars tibialis palporum dente subter sito caret. Cephalothorax inter tuber oculorum et marginem anticum denticulis 16—22 ornatur. — Feminae truncus 7 mm., femur + patella + tibia + metatarsus pe-

[1]) In utraque specie truncus tectus est granulis minutissimis, valde confertis, inter quae in *Phalangio parietino* adulto — non vero in iuveni! — granula maiora non pauca conspiciuntur, in *Ph. saxatili* autem nulla aut perpauca.

[2]) Zur Arachniden- und Myriapoden-Fauna Süd-Europas. (Verhandl. d. k. k. Zoologisch-botanischen Gesellschaft in Wien, 1867).

dum I. 11·5 mm. pedum II. 20·5. III. 12. IV. 17·5. maris truncus 6 mm. pedum I. partes commemoratae 13·2. II. 23. III. 14·5. IV. 20·5 mm longae.

Explicatio tabulae I.

1. *Macrothele cretica* n. sp., partes patellaris, tibialis, tarsalis palpi dextri maris.
2. *Minotauria Attemsi* n. sp., partes tibialis et tarsalis palpi sinistri maris.
3. Eiusdem speciei bulbus genitalis sinister a fronte visus.
4. *Prosthesima cretica* n. sp., epigyne.
5. *Holocnemus labyrinthi* n. sp., bulbus genitalis sinister a latere interiore visus.
6. Eiusdem speciei palpus sinister maris a latere exteriore visus, bulbo genitali omisso.
7. Eiusdem speciei epigyne.
8. *Thanatus vulgaris* E. Sim. subsp. *brevipes* n., apex bulbi genitalis sinistri ab imo visus.
9. *Thanatus vulgaris* E. Sim. subsp. *maderiana* n., apex bulbi genitalis sinistri a fronte visus.
10. Eadem pars *Thanati vulgaris brevipedis*.
11. *Pterotricha lentiginosa* (C. L. Koch), epigyne.
12. *Thanatus vulgaris brevipes*, epigyne.
13. *Thanatus vulgaris* E. Sim. subsp. *cretica* n., apex bulbi genitalis sinistri a parte inferiore, simulque paullo a latere exteriore antico visus.
14. *Thanatus vulgaris maderianus*, apex bulbi genitalis sinistri ab imo visus.
15. Eadem pars *Thanati vulgaris typici*.
16. *Thanatus vulgaris typicus*, epigyne.
17. *Habrocestum latifasciatum* (E. Sim.), epigyne.
18. *Textrix cretica* n. sp., epigyne.

---

6. Sprawozdanie Komisyi fizyograficznej, tom XXXVI. *(Comptes-rendus de la Commission de physiographie, vol. XXXVI). Bericht der physiographischen Kommission, Bd. XXXVI.)*

1. **Berichte:** I. Bericht über die Tätigkeit der physiographischen Kommission im J. 1900/1901. (S. V—XXI). II. Verzeichnis der Mitglieder der physiographischen Kommission. (S. XXI—XXV). III. Kassa-Bericht für das Jahr 1900/1901. (S. XXVI—XXVIII).

2. **Nekrologe:** Dr. Daniel Wierzbicki von Prof. Dr. Karliński (S. XXVIII—XXXI); Graf Franz Mycielski von Dr.